



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

COLOMBINI GIOVANNI, *Ad illustriss. et amplissimum D.D. Carolum Mad. Trid. episc. & principem meritissimum. Cum card. declaratus esset, presb. Ioannis Columb. Trid. S.T.D. gratulatio*, Trento, Giovanni Battista Gelmini, 1604.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T o f 41

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/82>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

AD ILLUSTRIS-
ET AMPLISSIMUM

D. D. CAROLVM MAD. TRID. EPISC.
& Principem Meritissimum.

CVM CARD. DECLARATVS ESSET,
Presb. Ioannis Columb. Trid. S. T. D.

GRATVLATIO.



*Non dat arithreo lectas tibi listore gemmas,
Hausta sed ex imo pectore vota facit.*



TRIDENTI,
Apud Ioan. Baptistam Gelminum, M. D CIIII.
Superiorum permisso.

Diuini quisquis mortalis nescit amoris
Præmia; conspiciat tempora sacra mea.



Vna trahit carnem magnes, trahit altera ferrum;
Magnetem sydus. Me trahit vnus honos.



ORATIO.

QUOD fauliffimo illo die, quo non fuperftitiofa cura, non barbara, fagarum uè contaminata, & anili quà cætere gentes conflantur ariolatione, non vatum furibundis prædictionibus, non auium garritu, non lunæ pereragationibus, nõ stellarum motionibus, non fallaciffima cuiuscunque deniq; diuinationis arte, vt olim in veterum difciplina fuit, verum religiofa obferuatione, immutabili certiffimaq; fatalis fyderis neceffitate, approbante Deo, fauentibus, atque incumbentibus hominibus, aufpicatò ad hanc almę Tridentinę Ecclefię, cuius gloriam, Illuftriffimumq; splendorem facilè reliquæ omnes inuidere poffent, administrationem, mitra, epifcopaliq; ftola, facro inunctus, ac delinitus oleo, fuma religione donatus, & plaudentibus hominibus ad magnificentiffimam etiam Principatus fedem, Vrbs, & Clariffimi Imperij ornatiffimum folium, euectus eft Auguftiffimus, & fàcrorum Antiftes frequentiffimus CAROLVS ille MADRVTVS, quem etfi fingulares domesticq; eius virtutes fatis laudatum efficiunt, mirificum tamen, atque commendatiffimum reddit, ad gloriã & dignitatem inftitutum, fufceptum ad hoc tempus Reipub. ad omnia fuma; quod inquam leni ea placidiffimaq; die, niueo lapillo notanda, qua mihi etiam ipfà Roma cum fedibus fuis illi obuiam procedere vifa eft, Magnus ille Imperator femper Auguftus diuinis laudibus ornatiffimus, omnibus omnium præconijs digniffimus, vt in Chriftiana Reipub. effer bonum excellens lætabile fummum, vtile commodum, eamq; maximis quibus poffet, fingulari qua niter in nos fua humanitate, beneficijs profequeretur, graui amoris face incredibili

desiderio exestuans, summis studijs iam diu flagrauit, quod
Vrbs Roma dignitatum omnium Altrix, quod Populus Trid.
quod huic vrbi Sanctissimi Praesides diuino spiritu acti, assidue
a D. O. M. sunt precati, quod omnium Nationum, & gentiu
denique florentissimi ordines non leui coniectura prospicien-
tes, de dignitate, indole, moribus eius fratri, iam tum equide
viderant praedixerantq: secundis omnibus auspicijs, tandem,
tandem aliquando, exitu comprobatum est. Illuxit, illuxit,
ea optatissima dies, o Ciues in qua Tridentinus Illustris. ve-
ster Antistes, purpurea veste, lauta supellectili, tyrio, murice
sparsa, non sulca amplius palla procedens, vti fulgentissi-
mum sydus, iubar splendidissimum, ne dum hanc nostram,
suamque ditionem, verum vniuersum terrarum Orbem tan-
to dignitatis accessu, sic exhilarauit, sic letitijs omnibus affe-
cit, vt conceptam letitiam nimio interiori beneuolentiae igne
contabescens, non nisi blandis illis Cantorum verbis, auras
propemodum demulcentibus. Fulcite me floribus, stipate
me malis quia amore languo, expromere, & proferre
possit. Non poterat Cathedralis haec nostra Tridentina AL-
ma Ecclesia, dilectissimum hunc suum sponsum, auito ma-
iorum, suorum prisco splendore, diutius destitutum pati, voces ille
vndiq: exaudiebantur. Desiderarunt te oculi mei candidum
& rubicundum, quis mihi det, quis mihi det, verum voti com-
pos facta, leuata est ista cura, ac solitudine, & sperato sui
Custodis aspectu iucundissimoq: complexu desiderium cumu-
latissimum expleuit, diurnam expectationem compleuit. Hanc
ego dico diem natalem huius Vrbs, aut certe, salutarem ap-
pellare possum: o dies fausta, o rem omni praedicatione, maio-
rem, o nuntium verum iucundum & letabilem, o gratam famam,
o commemoranda Dei iudicia, o praecelaram nostrae gentis
existimationem, o Pontificis Summi facinus egregium, pre-
clarum factum; inter militantis Ecclesiae sydera, inter clari-
sima illa Cardinum lumina, inter filios illos splendoris, inter

Apo-

Apostolici throni coadiutores, inter Magni Consiliarij Angelos, inter Sacrosanctæ Ecclesiæ amplissimi ostij firmissimos Cardines, de quibus scriptum est, Dominus sunt Cardines terræ, & posuit super eos orbem, absente enim etiam illum diuino numine afflante cooptasse, qui sui noui ortus noua benignitate, alienissimis hiscè temporibus, in quibus nihil quod non ex parte nutet, vacillet, commoueatur, copiosissimas orthodoxæ Ecclesiæ exhalationes, tumentes fluctus, caliginosos heresum vapores, dissidentium opinionum horribiles procellas, infestissimosq; turbines infringeret maiorum dignitatû incrementis. Gratias tibi Christe bonorum omnîû largitor perennis fons, tantèq; scælicitatis author, qui tuam hanc dilectissimam Triden. Ecclesiam semper, vt diuinis armis noua claritate, & gloria confirmas, tantam tuam in nos, dicam in oēs, munificentiam nulla dicendi facultas plene laudare potest.

Mihi o Ciues Illustris. & Amplissimi Principis, cui infinitis penè nominibus, sum obstrictus, ne in tanta dicendi occasione, nobis crimini detur; quod eius laudes taciti præterissemus videamur, quem & vos priuatim venerari, & publicè obsequare, religio, gratitudo, & obseruantia postulat, Honestissimam vitæ conditionem, Auitam nobilitatem, Egregia merita, quæ illum dumtaxat ad tantam gloriam extulisse, certò scimus, dicere breuissima Oratione ingredienti, precor, ac quaeso, vt non modo aures admoueat, verum (quod certè animus meus me admonet) libenter imperito licet, mentes etiam exhibeat. In hoc enim certè humanitatem, vestram virtutem, iustitiam, fidem, mihi credere, Benignissimus Princeps agnosceret, Is maximè probabit, agnosceret sinceræ dilectionis affectum, grati animi significationem, & quem scæpenumero extra laude cohonestatis, eundem, & nunc, mihi assentiendo æternis profus laudibus cumulabit, quod de vobis sperare audeamus quod iam dudum videmur consequuti.

SI non nisi æterno sanctissimæ Triados Consilio nedum

Rem-

Rempub. hanc fidelium a Christo institutam a maioribus no-
stris auctam, verum vniuersum terrarum orbem administrari,
eandemq; consulere rebus humanis, non solum vniuersis, sed
etiam singulis credendum est; quæ causa quæso admirationis,
etiam solertissimis ingenijs esse poterit, si præstantissimã hanc
Cardinalatus amplissimam dignitatem, qua nihil in terris glo-
riosius, nihil pulchrius, nihil venustius, post summum Ponti-
ficatum excogitari potest, ad tam præclarum virum CARO-
LVM MADRVTVM omnibus penè numeris abio-
lutum, a præpotenti Deo, huic Vrbi missum, in summo pre-
tio semper habitum, non tam hominum quã Dei immortalis
sententijs delatam apertissimè dixerim? Quis est tam vecors
qui ea quæ hic acta sunt, casu fieri posse putet? DEVS est qui
regit, qui gubernat, qui cursus aëstrorum, temporum mutatio-
nes, rerum vicissitudines conseruat, hec minum cõmoda, & di-
gnitates tuetur. Vt enim omittam fieri non posse, vt in re,
tam graui in tanto negotio in quo de Reipub. statu, de incol-
lunitate, de religione optimaq; Ecclesiæ administratione,
absit. Quis est qui cum mentem, ac cogitationem defigat in
Illustrissimi, & supremi nostri Antistitis, præclara gesta, ani-
mi singularia ornamenta, insignia gloriæ, qui non diuino
fato, cælestis mentis instinctu, omnia prorsus euenisse iudicet.
Age, Age Trident. Ecclesia, extolle ad cœlum caput, altè
manum erige, & aliquando recreata gratulate tibi ipsi, exulta
gaudio, depone molestiam, gloriare toto pectore lectissimos
lege flores, collige myrthos, laurosq; scelices, pia thura al-
taribus adole, ardeant, accendantur faces conflagrent, lumi-
na, crepitent flamma, quod illum multò quam alij felicioribus
auspicijs nacta sis Principem, cuius factis gloriantur Ciues, læ-
tantur socij, qui non casu, vel fortuna, verum diuino consilio
vocatus a Deo tanquam Aaron, vt omnes boni, celsissimam
hanc gloriam sibi comparauit.

Et quidem, vt multa relinquamus, & ad propiora veniamus
cum

enim in Amplissimū huius Viri laudum campum respicio, sic
statuo Beatissimum Rom. Pont. solita sua sollicitudine, qua
vniuersæ Ecclesiæ ex muneris sui officio prospicietis, ex toto
terrarum orbe paucos, eosque lectissimos tantam sibi ascisit,
quicquam quò magis, militantis Ecclesiæ, Catholicæ nauis,
pereclitantis fermè, & occidentis Reipub. rationibus, rectè
confuleretur, facere minimè potuisse, causam nostram non
potuisse commodius confici, quàm confecta est, quod perfe-
ctum est, non potuisse accuratori studio perfici. Si enim ad
illa, quæ in deferendis amplissimis hinc honorum dignitati-
bus, præcipuè spectari solent, Orationem traducere velimus,
O quam multo cum sanore, in Illustrissimo Viro, in benignis-
simo Præsule non eminens, sed propè maiora etiã intueri lice-
bit: Vultus inspiciamus? sic, vt opinor, a principio ordiamur.

Generis Claritas, bonarum litterarum peritia, egregia vitæ
integritas, quæ hominem omnium celebratione dignum red-
dunt, hæc sunt quæ probos viros ad tantum culmen honoris,
ad apicem, & fastigium dignitatis euehunt, iacentem etiam
ad sublimem, & hunc sacrosanctum Senatū extollunt.
O post hominum memoriam, memorabile solum, O ingenia,
O mentes. Itã vnita, & condita elucet in Clarissimo, & Au-
gustissimo Principe, vt maioribus amplius, aut illustrioribus
argumentis in posterum illustrari possit, minimè videatur.

Quis ita veteris memoriæ ignarus, ita in paginis pere-
grinus, hospes, rerum imperitus atque nudus, qui nec vsu,
nec ratione cognitum habeat, Madrutiorum iam Illustrissi-
mā Familiam, claris natalibus, iam inde ortam, Generoso
sanguine cretam, in magnis, & in locupletibus copijs collo-
catam, delicijs, muneribus, & naturæ commodis affluentem?
Nullus, nisi maximè impius, non dixerit; tot enim ex ea, vt
olim ex equo Troiano, prosilierunt Ptoceres, quos & belli
gerendi scientia, & opumis, ingenijsq; quibuscunq; artibus
mirabiliter laudant historiae, vt non modò Familiæ splendo-
re,

re, existimatione, ac nobilitate, verum egregia suorum Virtute, Clarissima etiam illa lumina, Camillos, Curios, Fabricios, Lelios, Paulos, Fabios, Scipiones, & si quid aliud maius esse potest, longè purpurata superasse videatur. Illustrissimorum Principum Madrutiorum Christophori, & Ludouici, quibus, nescio, an unquam meritas gratias referre possimus, quorum memoriam in benedictione nulla tacebit ætas, Comitis Ioanuis Federici pariter Madrutij, qui non modo omnium meliorum Heroum dotes, ac decora, ex æquo referens, verum, & longè superans, ardua, & grauissima de Religione, Romæ gerens Imperia, nullum non pertulit laborẽ, quo peruenitur ad immortalitatem (vt ceteros, quos sacro silentio venerari satius fore, venit in mentem, quam non pro dignitate laudare.) Ea est vulgata iam, & concepta vbiq̃ue terrarum fama, vt nulla sit tam immanis, aggressis, ac Barbari natio, nulla Regio ab hominum societate, tam remota, à vulgari intelligentia tam abhorrens, cui iam pridem Madrutiorum Natalia virtutum omnium claritudine conspicua, armis decorata, nobilissimo stemmate, celebratissima, non fuerint cognita, planeq̃; perspecta. Chiallantium celebrem ac peruetulitam in Pedamontana Prouincia stirpem, quæ licet cuius veterum Heroum Familiæ posset non solum conferri, verum & longe anteferri, & Lusitanicis etiam Regibus necesse fuitudinis vinculo esset copulata, vt tamen suorum Natalium magis esset effusa laus, domesticus maior esset splendor, Madrutia etiam Genti, quasi parum esset, sine ipsa esse, ceteri sapientissimoq̃; consilio deuinci voluit, vobis in hac re bona fide testem adducam; grauius enim testimonium, vel rationem valentiorẽ exhibere iam certè non possem. Illud vos monitos volo, Amplissimi Auditores, vt quamlibet obscura, & abiecta Familia natus fuisset, eam ipse illustrare, & ad summum dignitatis culmen extollere potuisset; non minus enim ipse lucis, ac dignitatis maioribus suis attulisse, quam ab eis accepisse videtur.

Qua

Qua in re mihi iam obuersatur maior, quæ est de præstan-
tissimarum artium peritia dignitas, quæ me ad se iam dudum vo-
cat, rapit, & quodammodo absorbet orationem meam. Non
enim quæ diximus tanti æstimanda sunt, ut propter eam oporteat
querere ex paternis Natalibus dignam personam, cum &
Ipse Apostolorum Princeps testatur; In omni gente, qui facit
iustitiam acceptus est Deo. Nemo nisi consilij præceps, le-
nissimus, suo præuicaci ingenio reprobabit CAROLVM
MADRVTIVM meliorum artium eruditione perpoli-
tum, ingenij excellentis, acerrimi consilij, exquisitissimæ
doctrinæ virum, cum & Adolefcens generosi spiritus, honestis
gloriæ stimulis accensus, pulcherrimis sapientiæ flammis ex-
æstuans, in multis nobilium Academiarum spatij, in celeberrimis,
publicisq; Gymnasijs, quæ eum informarunt, tandem
decorarunt, non nisi ad virtutem, iuris utriusq; cognitionem,
diuinæq; sapientiæ delitium anhelauerit. Sit mihi non falso
adulatori, sed vero laudatori, Hæc ipsa Vrbs, totaq; ditio no-
stra testis, in qua supremam personam agens, sceptrum tenens,
ita præclare ius dixit, ita iura decerpit, ut non minus veræ
gloriæ in toga meruerit, quam alius quispiam in armis; sic
corpus Reip. curauit, ut noxium Ciuem otij, & communis
salutis inimicum, nefarios ex omnium scelerum colluione
natos, factus ad omnia, non ferro, non vi, non manu, non
copijs, sed autoritate, religione, optimisq; sententijs op-
prefferit, legum sacratarum catenis alligari; talem demum
in publicis, priuatisq; negotijs se ostendit, qualem veri iuris,
Germanæq; Iustitiæ solida, & expressa imago, luculenta for-
ma exigere videtur; Testis Roma, quæ cum iam in illam Illu-
strissimum Procerum cohortem admisit, non multò enim
ante nostri Principis Iuris, & omnium doctrinarum prudentiam
ita demirata est, ut præstantissimorum quorumcumq; ne-
dum suorum similium gloriam æquasse, iam videatur. Testis
Imperatoria Maestas, quæ omnes rationes perscrutata est, ut

B suo

suo dilectissimo Principi CAROLO, saltē hac noua
dignitate gratificaretur, vt deinceps ad Imperatoria etiam
munera, & quæ sunt nostræ religionis facilius adduceret.
Opinio hæc meæ, bonorumq; omnium de illo, re ipsa paucis
interiectis diebus comprobabitur. Quorsum hæc disputo?
vbi rerum testimonia adsunt, quid opus est verbis? Quorsum
vt intelligatis o Ciuēs (sic enim est ordo doctrina) nō modò
illa in Amplissimo Principe recondita, quæ verè magna sunt
in opinione hominum verū enī uerò sincera viuendi ratio-
ne, singulari vitæ sanctimonia, sanctissimāq; disciplina tātū esse
vt credatur ab omni fece terrena, igne diuino excoctus, niueæ
probitate candidus, ipsa bonitate melior, non natus sed ab
aliquo Deo factus; Non enim illa vnquam, quæ a principio
cæcatis, in qua tanquam in flore, futuræ virtutis fruges appa-
rere solent, mirificè adoleſcentiam delectant, suauitas vitæ,
mollissima voluptates, feeda morum corruptella, effrenata
viuendi licentia, cum irretire, nec minimæ labis vestigium
imprimere potuerunt, integerrimis enim vitæ institutis sufful-
tus, non modò à culpa, & scelere, fuit longè remotus, sed ita
degit, vt immortalē in inter sui similes, semper videatur, lau-
dem consequutus. Sed vt hæc ita prætereamus, vt tamen in-
tuentes, & res spectantes relinquamus, quis ad hanc Floten-
tissimam Urbem, ad tam magnum latumq; Principatū, stre-
nuissimis semper Ducibus administratum, vnquam declarā-
tus; quis in sacrorum Antistitem vnquam designatus, Quis
in iplendidissimum Cardinalium Collegium, vllò vnquam
tempore adiunctus, qui præter summam eruditionem, rerum
scere omnium exactissimam cognitionem, non fuit etiā opti-
mus? nullus, nullus, quandoquidem enim hi sunt, quibus vo-
luitur Orbis, Hi sunt vigiles, Hi custodes, quasi rationē pro
nobis reddituri. Hos Gentilitas plignabar, quas Prothosiami-
nes appellabat, apud quos oīum gerendorum erat authoritas.

Exulta

Exulta, Exulta igitur Trid. Quid moraris? agnosce diuinam
in te beneficentiam, summo iure gloriare, ex magno quippe
dono Dei, cum episcopum Vigilantissimum Principem tibi
promeruisti, cui suis, sic exigentibus meritis, neq; optanti,
neq; petenti, tantum dignitatis fastigium delatum vltro accepimus.
Vides iam eum Hominem in quo tãquam in fulgentissimo speculo,
vt gemmæ, & aurum ea splendent, æquè, ac
sydera lucent, quæ in Cardinalitia dignitate, Illustris. ordine,
augurato loco, desiderari, aut excogitari vnquã possent;
Laudes Regiæ, Imperatoris virtutes, hæc sunt quæ me ementitum
non patiuntur. Habes iam ad quem tanquam ad rem
stabilem, & magis quàm antea firmum Cardinem, omnia
tua consilia dirigas, omnes tuas actiones intendas: Habes,
qui nouis vestibus, veluti cœlestibus armis tectus, tua iura,
tuas rationes, Ecclesiæ nauem, procellis, ac tempestatibus
agitata, minimo negotio, præclaris conatibus, validissimè
tutabitur.

Quas, tibi Beatissime Pater, quòd nostris commodis studueris,
quòd nos pro virili semper dignitatum, amplitudinè protegeris,
meritas, debitas gratias agemus? quæ præconia, quæ iura laudum?
Si amplissima, planeq; Regalia munera reponeremus, fatemur nos
tuis beneficijs impares; Ne tamen quia pares gratias respondere
nò licet, iccirco velimus esse ingrati, tantum studium, & amorem,
à D. O. M. qui in æterna beatitate futurus es præmium
infinutum, abundè compensari quàm maximè cupimus.

Illustrissime, & Amplissime Princeps, omni ambrosia, & nectare
suauior, cui iure tuæ humanitatis contigit, vt nemo te non
admiretur, nec admiretur solùm, sed etiam amet (Te enim
extremum appello) precor, ac quaeso, vt quoniam penes te
iam est omnium agendorum ferè summa Potestas, fortè
nominis, tuarq; existimationis propugnationem suscipis,
omnium nostrum communem parentè, hanc Ecclesiam,

ex tuo nutu pendente[m] ob oculos assidue[m] ponas; caput enim
artis est, de gloria Dei, de utilitate publica cogitare, dispersa
maturo iudicio colligare, lapsa erigere, deprauata corrigere.
Tuo generi, tuo nomini, tibi metus si, tuisq; institutis id per-
solue, tuæ sapientiæ, magnitudinisq; animi est, omnem am-
plitudinem, & dignitatem tuam, in virtute, atq; in rebus ge-
stis tuis, atq; in tua grauitate positam existimare. Per Deum
omnia posse confide, à maiorum tuorum imitatione, nul-
la te moueant perturbaciones, nulli concutiant metus, non
difficultates impediunt; Erecta sunt iam tuæ gloriæ perpetua
monumenta, laudis vestigia, sunt non pressa leuiter ad exigui
temporis prædicationem, sed fixa ad memoriam sempiternā:
Habes campum, in quo tua virtus excurrat, quò tuæ igitur
spectant curæ ostende, Prome animo illa tua illustria; expe-
ctationem, quàm Populus Trid. Venerabile hoc Canonico-
rum Collegium, Illustrissima Tua Familia Atauis Nobilif-
sima, non nisi ad amplitudinem nata, conceperunt, hanc pa-
ra, vt sustineas, tuearis; Responde CLEMENTIS VIII.
Summo de te desiderio, Responde Imperatoris nostri sum-
mo de te iudicio, Responde tuæ Ciuitatis sinceræ dilectioni,
tui, n. amantissima iam pridem facta, ea quæ i decet, humilitate,
orat, supplexq; obtestatur, vt ipsam in tuam fidem, & gratiā
vt facis, semper retineas; Da hoc populo, cuius voluntatem
charissimam semper habuisti, nihil est tam populare, quàm
bonitas, Nulla de virtutibus tuis plurimis, nec gratior, nec
admirabilior est, nihil habet, nec fortuna tua maius, quàm
vt possis; Nec natura tua melius, quàm vt velis conseruare
quamplurimos, sic eam tibi Ciuitatem obstringes summo
beneficio, quàm quondam summa gratia deuinxisti.

II o felix, I Decus ò nostrum, Imperij Vrbes, Italiæ
cunctæ Regiones suis te diuinum Hominem humeris por-
tabunt, Exteræ omnium nationes ad se, te aduocant; O ter-
sam illam beatam, quæ te exceperit, Miseram, quæ amiserit.
Exul-

Exulcerat, exanimat nos, tuis hinc (vt benè auguratur animus) fatalis discessus, quandoquidem enim ita natura affecti sumus omnes, vt Charissimorum absentia commoueat, augeat dolorem. Patiamur tamen, o Ciues, illum iam suis ad gloriam, & immortalitatem itineribus ire. Patiamur directum verè laudis iter ingressum prosequi. Communis id omnium salutis ratio exigere videtur, Diuino consilio, quæso, non repugnemus. Me vna consolatio sustentat, quòd nobis etiam absens nullo loco deerit, nullum de nostris rebus, & agendi, & cogitandi, & monendi, & prouidendi, tempus erit, quòd non prospiciat, & consulat rationibus nostris, quòd uon sua in nos summa officia constent. Exultatio, quam insignia eius facta apud omnes concitarunt, facile id suadere videtur.

V A L E igitur humanitatis exemplar, vale mortalium Vnice, vale exemplum Imperij veteris Imago antiquitatis, columen Reipub. Vale, & Salue, meq; Clientulum tibi deditissimum, cum honestissima hac Corona ex meo ore pendente, & nostris omnibus, vt iam dixi, vt soles, amabis. Sit faustum foelix, quod aggredieris, benè fortunet Deus tuos labores, curas, & cogitationes illas te dignas æterna cū gloria coniunctas impleat Dominus, protegat te Deus, mittat tibi auxilium de Sancto, memor sit omnis sacrificij tui, tri-
buat tibi secundum cot tuum. Te diutissimè incolu-

mem, sospitem, pro communi bono, donèc
cum cœlestium cœtu coniungaris, seruet

Ille, à quo omnis potestas, ho-
nor, & Imperium, & est

benedictus in
secula.



D I X I.


ALL'ISTESSO.


ALL'oriente vegg'io fermarsi il volo,
Di quell'vnico sol, che sol gioconde
Ne fece lieto, vostre chiome bionde,
E in te m'auiuo, dirui, è tempo il duolo,

Stridi col suo fauer l'infernal stuolo,
Muggin ne vaste valli voci profonde,
Gli alati corrier fremin pur l'onde,
Già che de l'vniuerso habbiamo il polo.

Ordisse dunque il ciel, è trama insieme
A voi degno PASTOR di mill'inchioftri,
Opra, ch'oltra di se, non ha piu seme.

Prego il Signor per salute de nostri,
Non tacito stanco con rime estreme,
Ch'in voi della Fenice il valor mostri.





AD AMPLISSIMAM FAMILIAM
MADRVTIAM.



VIVE diu felix populis, felix Madrutia proles,
Cui Deus aeternum destinat orbe diem,

Stes regno incolumis, vigeasq; superstita fama,
Sitq; tuum semper nomen in ore virum;

I Victrix laurum, palmamq; & lilia gestans,
Hæc alijs constant singula, trina tibi.



ALPHABETICAL INDEX

OF THE

...

...

...


...

...

...

+
 AD
 ET
 D. D. CA
 CVM C
 Presb
 No
 Apud Io
 CIH.

ISS.
 M
 EPISC.
 ESSET,
 T. D.



AD
 ET
 D. D. CA
 CVM C
 Presb
 No
 Apud Io